



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

DT  
92  
K3



3 6105 126 581 268

913.32 Kamp, T.

K15

De Ptolemaei Philadelphi pompa Bacchica.

sal



# DE PTOLEMAEI PHILADELPHI POMPA BACCHICA.

DISSERTATIO PHILOLOGICA

QUAM

SUMMORUM IN PHILOSOPHIA HONORUM

SENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

UNIVERSITATE FRIDERICIA GUILIELMIA RHENANA

RITE IMPETRANDORUM CAUSSA

SCRIPSIT

ET UNA CUM SENTENTIIS CONTROVERSIS

DIE XVIII. MENSIS MARTI ANNI CXCICCCCLXIII

PUBLICE DEFENDET

**IOSEPHUS KAMP**

IULIACENSIS.



PARTES ADVERSARIORUM SUSCIPIENT;

ALBERTUS ZIPPMANN, DR. PHIL.

OTTO RICHTER, SEM. PHIL. SOD. ORD.

FERDINANDUS COMMER, DR. PHIL.

**BONNAE**

TYPIS EXPRESSIT PETRUS NEUSSER.

MDCCCLXIV.

DT 92


K3

**113306**

**FRIDERICO RITSCHelio**

**OTTONI IAHNIO**

**PRAECEPTORIBUS**



Magnifica pompa, a Ptolemaeo Philadelpho ducta, cuius descriptio apud Athenaeum (lib. V, cap. 25—35) exstat, non ab una parte digna esse mihi videtur, quae accuratius examinetur. Ac primum quidem quoniam de pompis, quas Graeci omnibus festis, praecipue Bacchicis agebant, satis mancam et perexiguam cognitionem habemus, ut pars illarum sacrarum in obscuro fere posita sit, descriptione Callixeni illam lacunam vel magnam partem explere possumus, quia per sese verisimile est, Ptolemaeum pompam illam ad exemplum earum, quae antiquitus a Graecis agebantur, instituisse. Deinde haec expositio primum eundemque incorruptum praebet fontem, e quo, quales pristinae fuerint de Bacchi expeditionibus Indicis fabulae, cognoscamus<sup>1)</sup>. Ad hanc igitur rem, quam a viris doctis fere

---

<sup>1)</sup> Denique, ut Alexandrini, quod ad litteras spectat, in medio positi sunt, inter Graecos et Romanos, litteras a Graecis excultas Romanis tradentes, sic ritus quoque et caeremonias, quae, receptae

prorsus neglectam vidi, paullo accuratius inlustrandam, symbola quaedam affere in animum induxi.

---

a Graecis, in festis sollemnibus Alexandrinorum in usu erant, Romani sunt amplexi, et praecipue duces eorum, qui Asiae provincias subegerunt, peregrinos illos ritus et vel maxime eos, qui in pompis Bacchicis erant usitati, asciverunt, ut ex inquisitione eorum ad inlustrandos etiam Romanorum triumphos multum redundet.

---

Athenaeus (lib. V, pag. 197—203) pompae descriptionem servavit, desumptam ex Callixeni opere *περὶ Ἀλεξανδρείας* inscripto. De ipso Callixeno nihil compertum habemus; operis, quod de Alexandria scripsit, pauca fragmenta apud Athenaeum supersunt. In quattuor certe libros opus distribuit; nam Athenaeus tres locos (IX, p. 378, d; XI, p. 483, f; V, p. 196—203), e quarto libro affert. Quod ad argumentum spectat, Callixenus urbem Alexandriam, insignia eius monumenta et festa descripsisse videtur, in qua tamen disponenda materia quam viam sit ingressus, equidem explicare non possum. Hunc enim neque rerum, quas descripsit, neque temporum habuisse rationem in disponendo argumento ex eo conlegeris, quod primo libro de navibus, quas Ptolemaeus Philopator aedificavit (Athen. V, pag. 203 f), quarto de Philadelphi classibus disputat (pag. 203 d). — Quartum, quem Athenaeus ex Callixeno affert locum (XI, pag. 472 a. *τινὰς ἔχοντας θηρίκλειους πομπεύειν, τοὺς δὲ καρχήσια*) eundem e quarto libro desumptum esse negari non potest. Hi enim *θηρίκλειοι κτλ.* inter ea vasa numerandi sunt, quae in pompa Bacchica ducta esse Athenaeus narrat (*θηρίκλειοι* p. 199 c, *καρχήσια* p. 198 c). Denique Harpocration s. v. *ἐγγυθήκη* eiusdem quarti libri mentionem facit. Idem Callixenus scripsit *ζωγράφων τε καὶ ἀνδριαντοποιῶν ἀναγραφή*,

e qua Sosipatrum in XII eclogarum multa desumpsisse Photius bibl. cod. CLXI testatur.

Iam si quaerimus, num Athenaeus satis integram pompae descriptionem exhibeat, primo loco monendum est, ipsum Callixenum perfectam absolutamque enarrationem proferre noluisse. Nam eam solam pompae partem, qua Bacchus celebratur, accuratius, ac ne hanc quidem totam describit, quod apparet ex ipsius verbis: pag. 201 f. *πολλῶν οὖν καὶ ποικίλων εἰρημένων ἐν ταῖς πομπαῖς ταύταις μόνα ἐξελεξάμεθα, ἐν οἷς ἦν χρυσὸς καὶ ἄργυρος· καὶ γὰρ διαθέσεις πολλὰὶ ἀκοῆς ἦσαν ἄξια καὶ θηρίων πλήθη καὶ ἵππων καὶ λέοντες παμμεγέθεις εἴκοσι καὶ τέσσαρες· ἦσαν δὲ καὶ ἄλλαι τετράκνυλοι οὐ μόνον εἰκόνας βασιλέων φέρουσαι, ἀλλὰ καὶ θεῶν πολλαί<sup>1)</sup>. Igitur Callixenus non omnia enumeravit, sed ea solum, quae, auro vel argento efficta, memoratu digna esse ipsi videbantur. Dolendum vero est, ne hanc quidem mancā descriptionem aetatem nostram tulisse. Hanc enim Athenaeus valde decurtatam servavit id quod apparet ex Masurii verbis, quem de Callixeno dicentem facit (p. 201 b) *εἰπὼν δὲ καὶ ἄλλα πλεῖστα καὶ καταλέξας ζφῶν ἀγέλας ἐπιφέρει κτλ.* Quocum conferas quae p. 203 a leguntur *ἐκτὸς δ' ὧν πάντες οὗτοι εἶχον πανοπλιῶν, καὶ ἄλλαι πλεῖσται ἦσαν ἀποκείμεναι, ὧν οὐδὲ τὸν ἀριθμὸν ἀναγράψαι ῥᾶδιον*, ad quae Masurius addit: *κατέλεξε δ' αὐτὸν ὁ Καλλίξενος*, quibus verbis profitetur, se multa, quae Callixenus protulerit, omisisse. Deinde ut constituamus, quae his excerptis, ut ita dicam, tribuenda sit auctoritas, videamus, e quibus fontibus Callixenus hauserit. Qua in re reputandum est, quod*

<sup>1)</sup> cf. pag. 197 d *τὰ δὲ κατὰ μέρος αὐτῶν εἴ τις εἰδέναι βούλεται τὰς τῶν πεντετηρίδων γραφὰς λαμβάνων ἐπισκοπεῖτω.*

ipse dicit pag. 197 e. τὰ δὲ κατὰ μέρος αὐτῶν εἴ τις εἰδέναι βούλεται, τὰς τῶν Πεντετηρίδων γραφὰς λαμβάνων ἐπισκοπεῖτω. Quod ad has Πεντετηρίδων γραφὰς pertinet, de quibus alii aliter cogitaverunt (cf. Casaubon. et Schweighaeuser. ad hunc locum), maxime ad verisimilitudinem accedere nobis videmur, si cum Welckero (Griechische Tragoedie III. p. 1243) dicimus, Callixenum revocare lectores ad commentarios publice confectos, quos Ptolemaei in adornandis pompis pro norma atque regula habebant<sup>1)</sup>.

Ex fonte igitur Callixenus hausit purissimo; de ipsius autem auctoris fide non dubitabis, si reputaveris, quanta diligentia singulas pompae partes describat. Quod ad rationem atque causam pompae pertinet, Lebeau (Acad. des inscr. tom. XXXI. pag. 99) dicit, Philadelphum Lagidae Berenicaeque parentibus gratias acturum, quod Soter ipsi imperium tradidisset, totam pompam in honorem eorum duxisse, quo eis honorem divinum haberet; hoc ab omni parte probare non possum. Docemur enim statua Penteteridis, quae in pompa vehebatur, pompam fuisse quinquennalem, igitur quarto quoque anno duci solitam esse, qua in re de honore soli Ptolemaeo eiusque coniugi tributo non est cogitandum. Immo res ita sese habere mihi videtur.

Ptolemaeus Philadelphus cum incepto imperio patri, gratias acturus, divinum honorem habere vellet, pompae Bacchicae, qualis quarto quoque anno agebatur, novam partem addidit, qua Soter et Berenica celebrarentur.

Deinde quo argumento Lebeau consentiente Schweig-

<sup>1)</sup> Quod si recte disputavi, certe constituere, qua aetate Callixenus vixerit, non possumus. Neque enim est, cur, quod Schoellius putat, illum pompam ex ipsius aspectu descripsisse, aetate igitur Philadelphi ponendum esse dicamus.

haeusero nitatur, dicens, dum vivis parentibus pompam esse institutam, non video, sed e verbis *ἐστεφανώθησαν* δ' ἐν τῷ ἁγῶνι καὶ στεφάνοις χρυσοῖς ἔκοσι. Πτολεμαῖος δὲ ὁ πρῶτος καὶ Βερενίκη ἔκοσι τρισὶν ἐφ' ἁρμάτων χρυσῶν, καὶ τεμένεσιν ἐν Δωδώνῃ (pag. 203 a) conligendum esse censeo, parentes iam esse mortuos; neque enim puto, Philadelphum eo processisse, ut parentibus adhuc superstilibus templum Dodonae dedicaret; immo iam erant mortui et numero deorum ascripti. Quod vero ad coronas spectat, quibus illos in ludicris ornatos esse Callixenus narrat, signa eorum coronata esse censeo, quamquam illa certamina quomodo habita fuerint, non satis constat.

Igitur quia Philadelphus anno 285 regnum suscepit (Droysen, Geschichte des Hellenismus, I. pag. 631), Ptolemaeus autem Soter anno 283 mortuus est, hunc non multo post in deos transcriptum eique honores divinos habitos fuisse verisimile est. Quae si recte explicavi, Berenica eodem fere tempore, quo Soter diem supremum obiit; nam eadem ratione, qua maritus, in illa pompa divino honore culta est.

Priusquam ad explicandam pompam transgrediar, ita optime agere mihi videor, ut Athenaei descriptionem proponam, ea, quae exigui momenti sunt, vel omittens vel paucis complectens.

*Πρώτη δ' ἐβάδιζεν (ἡ πομπή) ἑωσφόρου· ἔπειθ' ἡ τοῖς τῶν βασιλέων γονεῦσι κατωνομασμένη· μετὰ δὲ ταύτας αἱ τῶν θεῶν ἁπάντων, οἰκείαν ἔχουσαι τῆς περὶ ἐκάστων αὐτῶν ἱστορίας διασκευήν. τὴν δὲ τελευταίαν ἐσπέρον συνέβαινεν εἶναι, τῆς ὥρας εἰς τοῦτο συναγωγῆς τὸν καιρόν. τῆς δὲ διονυσιακῆς πομπῆς πρῶτοι μὲν προῖεσαν οἱ τὸν ὄχλον ἀνείργοντες σειληνοὶ πορφυρᾶς χλαμύδας, οἱ δὲ φοι-*

νικίδας ἡμφιεσμένοι. τούτοις δ' ἐπηκολούθουν σά-  
τυροι καθ' ἕκαστον τοῦ σταδίου μέρος εἴκοσι, λαμ-  
πάδας φέροντες κισσίνας διαχρύσους· μεθ' οὓς νῆ-  
και χρυσᾶς ἔχουσai πτέρυγας· ἔφερον δ' αὐται θυ-  
μιατήρια ἑξαπήχη, κισσίνοις χρυσοῖς κλωσὶ διακε-  
κοσμημένα, ζῳωτοὺς ἐνδεδυκυῖαι χιτῶνας· μετὰ δὲ  
ταύτας εἶπετο βωμός ἑξάπηχς· ἐπηκολούθουν δ'  
αὐτῷ παῖδες ἐν χιτῶσι πορφυροῖς λιβανωτὸν καὶ  
σμύρναν ἔτι δὲ κρόκον ἐπὶ χρυσῶν μαζονόμων φέ-  
ροντες ἑκατὸν εἴκοσι· μεθ' οὓς σάτυροι τεσσαρά-  
κοντα· ἔφερον δὲ καὶ οὗτοι στέφανον χρυσοῦν ἑξ  
ἀμπέλου καὶ κισσοῦ εἰργασμένον. μεθ' οὓς σει-  
ληνοὶ δύο ἐν πορφυραῖς χλαμύσι καὶ κρηπίσι λευ-  
καῖς· εἶχε δ' αὐτῶν ὁ μὲν πέτασον καὶ κηρύκειον  
χρυσοῦν, ὁ δὲ σάλπιγγα. μέσος δὲ τούτων ἐβάδιζεν  
ἀνὴρ μεῖζων τετράπηχς ἐν τραγικῇ διαθέσει καὶ  
προσώπῳ, φέρων χρυσοῦν Ἀμαλθείας κέρας, ὃς  
προσηγορεύετο ἐνιαυτός· ᾧ γυνὴ περικαλλεστάτη  
κατὰ τὸ μέγεθος εἶπετο πολλῷ χρυσῷ καὶ διαπρεπεῖ  
κεκοσμημένη, φέρουσα τῇ μὲν μιᾷ τῶν χειρῶν στέ-  
φανόν περσαίας τῇ δ' ἑτέρᾳ ῥάβδον φοίνικος. ἑκα-  
λεῖτο δὲ αὕτη πεντετηρίς· ταύτῃ δ' ἐπηκολούθουν  
ᾧ ραι τέσσαρες διεσκευασμένοι καὶ ἑκάστη φέ-  
ρουσα τοὺς ἰδίους καρπούς· ἐχόμενα τούτων θυμια-  
τήρια δύο καὶ βωμός. καὶ πάλιν σάτυροι στεφά-  
νους ἔχοντες κισσίνους χρυσοῦς· ἔφερον δ' οἳ μὲν  
οἶνοχόην χρυσῇν, οἳ δὲ καρχήσιον· μεθ' οὓς ἐπο-  
ρεύετο Φιλίσκος ὁ ποιητῆς ἱερεὺς ὢν Διο-  
νύσου καὶ πάντες οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται.  
τούτων δ' ἐφεξῆς ἐφέροντο δελφικοὶ τρίποδες, ἅθλα  
τοῖς τῶν ἀθλητῶν χορηγοῖς· μετὰ τούτους τετρά-

κυκλος πηχῶν τεσσαρεσκαίδεκα, ὁκτῶ δὲ τὸ πλάτος, ἤγετο ὑπὸ ἀνδρῶν ὀγδοήκοντα καὶ ἐκατόν. ἐπὶ δὲ ταύτης ἐπὴν ἄγαλμα Διονύσου δεκάπηχυν σπένδον ἐκ καρχησίου χρυσοῦ, χιτῶνα πορφυροῦν ἔχον διάπεζον καὶ ἐπ' αὐτοῦ κροκωτὸν διαφανῆ· περιεβέβλητο δὲ ἱμάτιον πορφυροῦν χρυσοποίκilon· προέκειτο δὲ αὐτοῦ κρατὴρ λακωνικὸς χρυσοῦς μετρητῶν πεντεκαίδεκα καὶ τρίπους χρυσοῦς· περιέκειτο δ' αὐτῷ καὶ σκιάς ἐκ κισσοῦ καὶ ἀμπέλων καὶ τῆς λοιπῆς ὁπώρας κεκοσμημένη· προσήρτηντο δὲ καὶ στέφανοι καὶ ταινίαι καὶ θύρσοι καὶ τύμπανα καὶ μίτραι πρόσωπά τε σατυρικά καὶ κωμικά καὶ τραγικά. τῇ δὲ τετρακύκλῳ ἠκολούθουν ἱερεῖς καὶ ἱέρειαι καὶ πέρσεις τελεταὶ καὶ θίασοι παντοδαποὶ καὶ τὰ λίκνα φέρουσαι· μετὰ δὲ ταῦτα μακείται αἱ καλούμεναι μιμαλλόνες καὶ βασσάραι καὶ λυδαί. κατακεχυμέναι τὰς τρίχας καὶ ἐστεφανωμέναι τινὲς μὲν ὄφρουν αἱ δὲ μίλαξι καὶ ἀμπέλῳ καὶ κισσῷ· κατεῖχον δὲ ταῖς χερσὶν αἱ μὲν ἐγχειρίδια αἱ δὲ ὄφεις· μετὰ δὲ ταύτας ἤγετο τετράκυκλος, ἐφ' ἧς ἄγαλμα Νύσης ὁκτάπηχυν καθήμενον, ἐνδεδυκὸς μὲν θάψινον χιτῶνα χρυσοποίκilon, ἱμάτιον δὲ ἡμφίεστο λακωνικόν· ἀνίστατο δὲ τοῦτο μηχανικῶς οὐδενὸς τὰς χεῖρας προσάγοντος, καὶ σπεῖσαν ἐκ χρυσῆς φιάλης γάλα πάλιν ἐκάθητο. εἶχε δὲ ἐν τῇ ἀριστερᾷ θύρσον ἐστεμμένον μίτραις· αὐτὴ δ' ἐστεφάνωτο στεφάνῳ κισσίνῳ χρυσῷ καὶ βότρυνσι διαλίθοις πολυτελέσιν. ἐξῆς εἴλκετο ἄλλη τετράκυκλος, ἐφ' ἧς κατεσκευάστο ληνός· ἐπάτουν δὲ ἐξήκοντα σάτυροι πρὸς αὐλὸν ἄδοντες μέλος ἐπιλήνιον· ἐξῆς ἐφέρετο τετράκυκλος, ἐφ' ἧς ἦν ἄσκος τρισχιλίους ἔχων μετρητάς, ἐκ

παρδαλῶν ἐρραμμένος· ἤκολούθουν δ' αὐτῷ σάτυροι καὶ σείληνοί· ἑκατὸν εἴκοσι φέροντες οἳ μὲν οἶνοχόας, οἳ δὲ φιάλας, οἳ δὲ θηρικλείους· ἐχομένως ἦγέτο κρατὴρ ἀργυροῦς ἐξακοσίους χωρῶν μετρητάς· ἐξῆς ἐφέρετο κυλικεῖα ἀργυρᾷ δωδεκαπήχη δύο· καὶ λοντήρες, εἴτα λέβητες καὶ βανωτοί· πρὸς δὲ τούτοις τρίποδες καὶ ἀμφορεῖς παναθηναϊκοί. Ἐξῆς τούτοις καταλέγει τετραπήχεις τραπέζας, ἐφ' ὧν πολλὰ θείας ἄξια πολυτελῶς κοτεσκευασμένα περιήγέτο θεάματα· ἐν οἷς καὶ ὁ τῆς Σεμέλης θάλαμος, ἐν ᾧ ἔχουσι χιτῶνας τινὲς διαχρύσους καὶ λιθοκολλήτους τῶν πολυτιμῶν· οὐκ ἄξιον δ' ἦν παραλιπεῖν τήνδε τὴν τετράκυκλον, ὑπὸ ἀνδρῶν ἐλχομένην πεντακοσίων, ἐφ' ἧς ἄντρον ἦν βαθὺ καθ' ὑπερβολὴν κισσοῦ καὶ μίλτω· ἐκ τούτου περιστρεφά καὶ φάσσαι καὶ τρυγόνες καθ' ὅλην ἐξίπταντο τὴν ὁδόν, λημνίσκοις τοὺς πόδας δεδεμέναι πρὸς τὸ ῥαδίως ὑπὸ τῶν θεωμένων ἀρπάζεσθαι· ἀνέβλυζον δὲ ἐξ αὐτοῦ καὶ κρουνοὶ δύο, ὃ μὲν γάλακτος, ὃ δὲ οἶνον·<sup>1)</sup> πᾶσαι δ' αἱ περὶ αὐτὸν νύμφαι στεφάνους εἶχον χρυσοῦς· ὃ δὲ Ἑρμῆς καὶ κηρύκειον χρυσοῦν, ἐσθῆτας δὲ πολυτελεῖς· ἐπὶ δὲ ἄλλης τετρακύκλου, ἣ περιεῖχε τὴν ἐξ Ἰνδῶν κάθοδον Διονύσου, Διόνυσος ἦν δωδεκάπηχυς, ἐπ' ἐλέφαντος κατακείμενος, ἡμψισμένος πορφυρίδα καὶ στέφανον κισσοῦ καὶ ἀμπέλου χρυσοῦν ἔχων· εἶχε δ' ἐν ταῖς χερσὶ θυρσόλογχον χρυσοῦν, ὑπεδέδετο δ' ἐμβάδας χρυσογραφεῖς· προεκάθητο δ' αὐτοῦ ἐπὶ τῷ τραχήλῳ τοῦ

<sup>1)</sup> Hoc loco sententiam excidisse censeo, qua Bacchi mentio facta erat; nam e verbis, quae nunc leguntur, non patet, ad quod illud *περὶ αὐτῶν* sit referendum.

ἐλέφαντος σατυρίσκος πεντάπηχυς, τῇ δεξιᾷ αἰγείῳ  
κέρати χρυσῷ σημαίνων. ἡκολούθουν δὲ τούτῳ  
παιδίσσαι πεντακόσαι κεκοσμημέναι χιτῶσι πορφυ-  
ροῖς, χρυσῷ δὲ διεζωσμέναι· ἐστεφάνωντο δὲ αἱ μὲν  
ἡγούμεναι εἴκοσι<sup>1)</sup> χρυσοῖς πιτυίνοις στέφανοις, ἡκο-  
λούθουν δὲ αὐταῖς σάτυροι ἑκατὸν εἴκοσι, πανο-  
πλίας οἱ μὲν ἀργυρᾶς οἱ δὲ χαλκᾶς ἔχοντες. μετὰ  
δὲ τούτους ἐλεφάντων ἄρματα ἀφειδῆ εἴκοσι τέσ-  
σαρα καὶ συνωρίδες τράγων, κώλων, ὀρύγων, βου-  
βάλων, στρουθῶν, ὀνελάφων, ὄνων ἀγρίων. ἐπὶ δὲ  
πάντων τούτων ἀναβεβήκει παιδάρια χιτῶνας ἔχοντα  
ἡνιοχικοὺς καὶ πετάσους. παραναβεβήκει δὲ παιδισ-  
κάκια διεσκευασμένα πελτοσίοις καὶ θυρσολόγχοις·  
ἐπῆσαν δὲ καὶ συνωρίδες καμήλων ἐξ ἑκατέρου μέ-  
ρους τρεῖς, αἷς ἐπηκολούθουν ἀπῆναι ὕφ' ἡμιόνων  
ἀγόμεναι· αὗται δ' εἶχον σκηναὶς βαρβαρικᾶς, ἐφ' ὧν  
ἐκάθηντο γυναῖκες Ἰνδαὶ καὶ ἑτεραι κεκοσμημέναι  
ὥς αἰχμάλωτοι· κάμηλοι δ' αἱ μὲν ἔφερον λιβανωτοῦ  
μυᾶς τριακοσίας καὶ κινναμώμου καὶ κρόκου καὶ

<sup>1)</sup> Quod vulgo scribitur ἐστεφάνωντο δὲ αἱ μὲν ἡγούμεναι ἑκα-  
τὸν εἴκοσι κτλ. ferri non posse censeo. Nam centum illas et  
viginti puellas duces numero πεντακόσαι contineri, e verbis ἐστεφά-  
νωντο δὲ αἱ μὲν ἡγούμεναι luce clarius apparet, ut 120 duces esse,  
380 sequi constet. Qui tamen numeri adeo inter se dissident, quia  
380 puellas a 120 duci cogitari non potest, ut allatos numeros cor-  
ruptos esse putem. Aut priori loco maior, aut altero minor nume-  
rus desideratur, quo iusta inter utrumque ratio evadat. Iam quae-  
rens, uter locus sit emendandus, si verba, quae subsecuntur ἡκο-  
λούθουν δὲ αὐταῖς σάτυροι ἑκατὸν εἴκοσι, et alterum locum esse cor-  
rigendum, et indicatam viam, qua sanetur, concedes. Quibus enim  
verbis quia de centum et viginti satyris dictum est, persuasum mihi  
habeo, librarii errore etiam loco antecedenti, quo ducentium puella-  
rum numerus adfertur, ἑκατὸν esse ascriptum. Quare vocem ἑκατὸν  
eieci.

ἱριδὸς καὶ τῶν λοιπῶν ἀρωμάτων διακοσίας· ἐχόμενοι τούτων ἦσαν Αἰθίοπες δωροφόροι, ὧν οἱ μὲν ἔφερον ὀδόντας ἑξακοσίους, ἕτεροι δ' ἐβένου κορμούς, ἄλλοι χρυσοῦς καὶ ἀργυροῦς κρατῆρας· μεθ' οὗς ἐπόμπευσαν κυνηγοὶ δύο ἔχοντες σιβύνας ἐπιχρύσους· ἦγοντο δὲ καὶ κύνες δισχήλιοι τερακόσιοι, οἱ μὲν ἰνδοί, οἱ λοιποὶ δὲ ὕρκανοὶ καὶ μολοσσοὶ καὶ ἑτέρων γενῶν. εἴτ' ἐφέροντο ἐν ἀγγείοις ψιττακοὶ καὶ ταῦ καὶ μελεαγρίδες καὶ φασιανοὶ ὄρνιθες καὶ ἄλλοι αἰθιοπικοὶ πλήθει πολλοί. καὶ πρόβατα αἰθιοπικά, ἀράβια, εὐβοϊκά, βόες ἰνδικοὶ, αἰθιοπικοὶ, ἄρκτος μὲν λευκή, παρδάλεις, πάνθηρες, λυγκία, ἄρκηλοι, καμηλοπάρδαλις μία, ρινόκερως αἰθιοπικὸς εἷς. ἑξῆς ἐπὶ τετρακύκλου Διόνυσος περὶ τὸν τῆς Πέρας βωμὸν καταπεφρευγώς, ὅτε ὑπὸ Ἥρας ἐδιώκετο, στέφανον ἔχων χρυσοῦν, Πριάπου αὐτῷ παρεστῶτος ἐστεφανωμένου στεφάνῳ χρυσοῦ κισσίνῳ· τὸ δὲ τῆς Ἥρας ἄγαλμα στεφάνῃν εἶχε χρυσοῦν.<sup>1)</sup> Ἀλεξάνδρου δὲ καὶ Πτολεμαίου ἄγαλματα ἐστεφανωμένα στεφάνοις κισσίνοις ἐκ χρυσοῦ. τὸ δὲ τῆς Ἀρετῆς ἄγαλμα τὸ παρεστὸς τῷ Πτολεμαίῳ στέφανον εἶχεν ἐλαίας χρυσοῦν· καὶ Ἡρακλῆς<sup>2)</sup> δ' αὐτοῖς

<sup>1)</sup> Constat, Alexandri et Ptolemaei statuas nihil pertinere ad fabulam antecessenti plaustro propositam, qua Bacchus exhibetur ad Rheae aram confugiens. Quare ante Ἀλεξάνδρου sententia excidisse mihi videtur, qua ad indicanda ea, quae secuntur, hoc fere dictum erat: *Iam aliud plastrum sequebatur, quo Alexander propositus erat de Asia et Graecia triumphans.*

<sup>2)</sup> Codd. et edd. exhibent καὶ Πρίαπος δ' αὐτοῖς συμπαρῆν. Quid vero Priapus hoc loco cum Alexandro et Ptolemaeo commune habeat, explicari prorsus non potest; neque enim interpretatione, qua Priapum, fertilitatis imaginem, suo loco positum esse fortasse

συμπαρῆν ἔχων στέφανον κίσσινον ἐκ χρυσοῦ. Κορινθίου ρηγῆς δ' Ἀλεξάνδρεια<sup>1)</sup> ἡ πόλις παρ-

dicas, acquiescendum esse puto. Quare vocabulum *Πρίαπος* corruptum esse mihi videtur. Ad quam vero tollendam corruptelam Theocritus id. XVII, quo Philadelpum laudibus effert, viam demonstrat. v. 13 sq.

Ἐκ πατέρων οἶος μὲν ἔην τελέσαι μέγα ἔργον  
 Λαγιάδας Πτολεμαῖος, ὅκα φρεσὶν ἐγκατάθοιτο  
 Βουλάν, ἂν οὐκ ἄλλος ἀνὴρ οἶός τε νοῆσαι·  
 Τῆνον καὶ μακάρεσσι πατὴρ ὁμότιμον ἔθηκεν  
 Ἀθανάτοις, καὶ οἱ χρύσεος δῶμος ἐν Διὸς οἴκῳ  
 Λέδμηται· παρὰ δ' αὐτὸν Ἀλέξανδρος φίλα εἰδώς  
 Ἐδριάζει, Πέρσασιν βαρὺς θεὸς αἰολομίτραις·  
 Ἀντιάδ' Ἡρακλῆος ἔδρα σφιν ταυροφόνου  
 Ἰδρυται, στερεοῖτο τετυγμένα ἐξ ἀδάμαντος·  
 Ἐνθα σὺν ἄλλοισιν θαλίας ἔχει οὐρανίδασι,  
 Χαίρων νῆων ὠν περιώσιον νηωνοῖσιν,  
 Ὅτι σφέων Κρονίδας μελέων ἐξείλετο γῆρας,  
 Ἀθάνατοι δὲ καλεῦνται ἐοὶ νέποδες γεγαῶτες·  
 Ἀμφοῖν γὰρ πρόγονός σφιν ὁ καρτερός Ἡρακλίδας·  
 Ἀμφοτέρω δ' ἀριθμεῦνται ἐς ἔσχατον Ἡρακλῆα.

*Igitur Alexandri, Ptolemaei I, Herculis statuæ in templo Iovis erant coniunctæ.* Talem autem eorundem signorum complexionem ad exemplar illius, quæ in templo Iovis erat, confectam, in pompa ductam esse puto. Ecquis enim aptius cum Alexandro et Ptolemaeo coniungi potuit, quam Hercules? Ab Hercule uterque genus suum repetebat, Herculem aequè ac Bacchum Alexander imaginem sibi proposuit (Curt. XI 2, 29), sæpe pellem leoninam et clavam Herculis gestabat, quare Theocritus id. XVII v. 30 sq. Alexandrum et Ptolemaeum armigeros quasi Herculis fingit:

Τῷ μὲν τόξον ἔδωκεν ὑπωλέγιόν τε φαρέτραν,  
 Τῷ δὲ σιδάρεον σχύταλον κεχαρμαγμένον ὄζοις.

Ipse denique Alexander iussit, se illo ornatu instructum depingi. (Clem. Alex. admon. ad gent. p. 36 Sylb. Paus. V 24, 3) Quaecum ita sint, non dubitavi, Priapi loco Herculem multo digniorem cum Alexandro et Ptolemaeo coniungere et scripsi καὶ Ἡρακλῆς δ' αὐτοῖς συμπαρῆν. Quæ quidem coniectura tam audax non est, quam primo obtutu esse videatur. Nam quia paucis versibus ante de eodem Priapo dictum est, facillime accidere potuit, ut librarius pro *HPA* legens *ΠΡΙΑ* scriberet *ΠΡΙΑΠΟΣ*, quod in recenti ei memoria erat.

<sup>1)</sup> Vulgo legitur Κόρινθος δ' ἡ πόλις παρεστῶσα τῷ Πτολεμαίῳ κτλ.

εστῶσα τῷ Πτολεμαίῳ ἐστεφάνωτο διαδήματι χρυσῷ· παρέκειτο δὲ πᾶσι τούτοις κυλικεῖον μεστὸν χρυσομάτων κρατὴρ τε χρυσοῦς μετρητῶν πέντε. τῇ δὲ τετρακύκλῳ ταύτῃ ἠκολούθουν γυναῖκες ἔχουσαι ἱμάτια πολυτελῆ καὶ κόσμον· προσηγορεύοντο δὲ πόλεις, αἵτ' ἀπ' Ἰωνίας καὶ λοιπαὶ Ἑλληνίδες, ὅσαι τὴν Ἀσίαν καὶ τὰς νήσους κατοικοῦσαι ὑπὸ τοῦς Πέρσας ἐτάχθισαν. ἐφόρουν δὲ πᾶσαι στεφάνους χρυσοῦς ἐφέρετο καὶ ἐπ' ἄλλων τετρακύκλων θύρσος ἐνενηκοντάπηχυς χρυσοῦς καὶ λόγχη ἀργυρᾷ ἐξηκοντάπηχυς, καὶ ἐν ἄλλῃ φαλλὸς χρυσοῦς πη-

Sed probabile argumentum, cur Corinthi signum Ptolemaeo astet, non facile reperias. Accedit alterum. Nam si reputas, Alexandri statuum eam etiam ob rem esse appositam, quod Alexandriam urbem condidit, Ptolemaei autem quod imperium ab illo conditum ad summam amplitudinem auxit, nihil magis desiderari concedes, quam ut *Alexandriae urbis statua* sit proposita, qua quia condita fundamentum quasi regni Aegyptiaci erat iactum. Ad tollendas hasce difficultates lacunam ante *ἡ πόλις* statuendam et ita quidem explendam censeo, ut neque vocabulum *Κόρινθος*, quod in libris exstat, prorsus neglegatur, et Alexandriae statua in textum inducatur, proponens: *Κορινθιονργγῆς δ' Ἀλεξάνδρεια ἡ πόλις παρεστῶσα τῷ Πτολεμαίῳ κτλ.* Aes Corinthium non solum ad vasa, sed etiam ad statuas fundendas adhibitum fuisse, satis constat. Sic Hortensius statuam Sphingis ex aere Corinthio factam possidebat (Plin. N. H. XXXIV 18), Nero Amazonis. (Plin. XXXIV 19). Alexander talibus statuis tabernaculum suum fulciebat (Plin. ep. III 6). Idem (ep. III 6) describit signum Corinthium, quod ipsius erat. (cf. Mart. epigr. XIV 172; 177. Gruter Thes. p. 175, 9 *imago Corinthia Traiani*). Una restare videtur difficultas, quod *κορινθιονργγῆς*, ubicunque adhibetur (Strab. IV p. 198; VIII p. 382. Athen. V p. 199 e, p. 205 b. Steph. Byz. s. v. *Κόρινθος*. Pollux X 157.) de vasis nusquam vero de statuis dictum est. Quam tamen difficultatem nullam esse censeo. Graeci enim scriptores non nisi de vasis Corinthiis dicunt, statuas vero Corinthias, quarum e Romanis solis scriptoribus notitiam habemus, non commemorantes; negari igitur non potest, Graecis non solum de vasis sed etiam de statuis dicere licuisse *Κορινθιονργγῆς*.

χωὼν ἑκατὸν ἔχουσι, διαγεγραμμένους καὶ διαδεδεμένους  
στείμμασι διαχρύσοις, ἔχων ἐπ' ἄκρον ἀστέρα  
χρυσοῦν, οὗ ἦν ἡ περίμετρος πηχῶν ἑξ.

Maxime iniqua fortuna factum est, quod, sive Callixenus, sive Athenaeus omisit, quod consilium Philadelphus in disponenda pompa secutus sit, quae inter singulas partes intercedat ratio, quo vinculo secum cohaereant. Nam primo obtutu singulae res tam temere fuseque compositae esse, adeoque omni conexu carere videntur, ut certam quendam ordinem exstare neges. Re vera tamen Philadelphus suo consilio in disponendis singulis partibus ductus est, quod, quale fuerit, inquirere studebo.

Primum et per sese verisimile est, et, ut suo quoque loco videbimus, probari potest, Ptolemaeum et in disponenda tota pompa et in conformandis singulis partibus veteres Graecorum pompas Bacchicas esse imitatum. Hue accesserunt novae res, fabulis de Baccho Indico desumptae. Satis constat, fabulas de Baccho, qui cum exercitu Indiam domuerit, apud Graecos pervulgatas non esse, originem autem ducere ab expeditionibus Alexandri Magni <sup>1)</sup>. Quod qua ratione factum sit paucis exponere mihi liceat, quia

<sup>1)</sup> Quare probandum non est, quod Musgravius, astipulantibus aliis interpretibus Euripidis verba Bacch. 13 sq.

ἁπλῶν δὲ Ἀνδρῶν τοὺς πολυχρύσους γυνίας  
Φρυγῶν τε Περσῶν θ' ἡμιόβλητους πλάκας  
Βάκτριά τε τείχη τήν τε δύσχιμον χθόνα  
Μήδων ἐπελθῶν Ἀραβίαν τ' εὐδαίμονα  
Ἀσίαν τε πᾶσαν ἢ παρ' ἄλμυρόν ἕλα  
κεῖται μιγάσιν Ἑλλήσι βαρβάροις δ' ὁμοῦ  
πλήρεις ἔχουσα καλλιπυργίους πόλεις  
εἰς τήνδε πρῶτον ἦλθον Ἑλλήνων πόλιν

haec res ad posteriorem disputationis meae partem non parvi momenti est.

Alexandro primum incipienti expeditionem Indicam in mentem venisse de itineribus cogitare, quae Bacchus in eisdem terris, quibus ipse bellum inlaturus erat, suscepit, et eis, quae supra disputavi, et scriptoribus, qui Alexandri res in Asia gestas tradiderunt, redarguitur. Iam supra monui, secundum fabulam, qualem Euripides narrat, Bacchum expeditionem suam usque ad Bactriam protulisse, cuius quidem rei, antequam Alexander in eandem Bactriam pervenit, mentio facta non est. Tum demum, cum in fines Guracorum ingrederetur, natura terrae incolarumque moribus adductus est, ut Bacchi, quem eundem Asiam peragrasse sciebat, reminisceretur.

Ac primum quidem montem vidit, in quo multa hederæ vitisque gignitur, multae perennes aquae manant; lauri baccaeque et multa in illis rupibus agrestis est silva. Credo equidem, non divino instinctu, sed lascivia esse profectos, ut passim hederæ ac vitium folia decerperent, redimitique fronte toto nemore similes Bacchantibus vagarentur. (Curt. VIII. 10, 13 sq. cf. Arrian. Anab. V. 2, 6). Accesserunt propria incolarum instituta, quae Graecos non poterant non commonere ritus Bacchicos. Sic Strabo narrat XV. pag. 687. *Λιονύσου δ' ἀπογόνους τοὺς Σνδριάκας ἀπὸ τῆς ἀμπέλου τῆς παρ' αὐτοῖς καὶ τῶν πολυτελῶν ἐξόδων, βακχικῶς τὰς δὲ ἐκστρατείας ποιοιμένων τῶν βασιλέων καὶ τὰς ἄλλας ἐξόδους*

---

sic enarrat: Bacchus in Phrygia et Lydia educatus est; postea vir factus Persiam, Bactriam, Mediam, Arabiam, Ioniam bello subegit. Recentioribus sine dubio fabulis, quales de Baccho Indico fictae sunt, perductus est, ut etiam illa verba de bellis, quae Bacchus in Asia gessisset, dicta esse putaret.

μετὰ τυμπανισμοῦ καὶ εὐανθοῦς στολῆς<sup>1)</sup>. Tum, quia mons ille *Meru* urbo vero prope sita *Nysa* vel similiter ab incolis appellabatur (Lassen II. p. 133) Macedones, levi adhibita nominis commutatione crediderunt, repertum esse montem, quem Bacchus in memoriam eius fati, quo ex femore Iovis natus esse ferebatur, *Μηρόν* appellasset, repertam denique esse urbem *Nysam*, quam *Asiam* peragrans condidisset. (Νῦσαν τε οὖν ἐκάλεσε τὴν πόλιν ὁ Διόνυσος ἐπὶ τῆς τρόφου τῆς Νύσης καὶ τὴν χώραν Νυσαίαν· τὸ δὲ ὄρος ὅτι περ πλησίον ἐστὶ τῆς πόλεως καὶ τοῦτον Μηρόν ἐπωνόμασε Διόνυσος, ὅτι δὴ κατὰ τὸν μῦθον ἐν μηρῷ τῷ τοῦ Διὸς ἠϋξήθη. (Arrian. Anab. V. 1, 6 sq.) cf. Megasth. fragm. LVII. XLVII, 6. (Arrian. Ind. V.)

Quod ad nomen montis *Μηρός* pertinet, Curtius VIII. 10, 12 narrat: „Sita est (*Nysa*) sub radicibus montis, quem *Meron* incolae appellant; inde Graeci mentiendi traxere licentiam, Iovis femine Liberum patrem esse celatum“, quocum convenit Megasthenes fragm. I. 27. (Diod. II. 38, 4.) Plin. N. H. VI. 21. Solin. 52. Pomp. Mela de situ orbis III. 7, 4. Quae vero interpretatio ferri non potest, quia ille mythus Alexandro Indiam adventante multo erat antiquior. Ac primum quidem Pindarus fragm. XIV Bacehum dicit *Ανθίραμβον*, tum Herodotus (II 146) narrat: νῦν δὲ Διόνυσόν τε λέγουσι οἱ Ἕλληνες, ὥς αὐτίκα γενόμενον ἐξ τὸν μηρόν ἐνεργράψατο Ζεὺς, καὶ ἦναικε

<sup>1)</sup> Megasth. fragm. XLVII 9. ed. Schwanbeck Bonnae 1846 (Arr. Ind. V.) Διονύσου μὲν γε καὶ Νύσσα πόλις μνημαὶ οὐ φαῦλον τῆς στρατηλασίης καὶ ὁ Μηρός τὸ ὄρος καὶ ὁ κισσὸς ὅτι ἐν τῷ ὄρει τούτῳ φέρεται, καὶ αὐτοὶ οἱ Ἰνδοὶ ὑπὸ τυμπάνων τε καὶ κυμβάλων στέλλονται εἰς τὰς μάχας, καὶ ἐσθλὴς αὐτοῖσι κατὰστικτος ἐοῦσα κατὰπερ τοῦ Διονύσου τοῖσι βάζχουσιν. cf. Lassen Indische Alterthumskunde II. p. 134 sq. Tales fere mores vel nostra aetate in illis regionibus retineri monet Droysenus (Geschichte Alexanders p. 370 not.)

ἐς Νῦσαν τὴν ὑπὲρ Αἰγύπτου ζοῦσαν ἐν τῇ Αἰθιοπίῃ, cui addas, quod Euripides Bacch. v. 282 dicit:

καὶ καταγελαῖς νιν ὥς ἐνεργάφῃ Διὸς  
μηροῖ;

cf. v. 294. Denique illa res vel antiquissimis picturis est proposita. (Welcker. Theol. II. 580, not. 20.) Immo res ita sese habet, ut nominum similitudine, de qua dixi, Macedones perductos esse constituamus, ut montem Merum cum illa fabula coniungerent.

Natura igitur terrae et incolarum, accedente nominum concentu factum est, ut Macedones vestigia Bacchi reperire sibi viderentur, fabulasque Bacchicas in illas regiones transponderent. Alexander autem illis fabulis, quae quia praevidebat, quanti momenti futurae essent ad erigendos militum animos, qui res a Baccho gestas aemulari sibi viderentur, egregie favebat auctore Arriano Anab. V 2, 1. καὶ ταῦτα πάντα Ἀλεξάνδρῳ πρὸς θυμοῦ ἐγίγνετο ἀκούειν, καὶ ἤθελε πιστὰ εἶναι τὰ ὑπὲρ τοῦ Αἰονύσου τῆς πλάνης μυθεύόμενα· καὶ κτίσμα εἶναι Αἰονύσου τὴν Νῦσαν ἤθελεν, ὥς ἤδη τε ἤκειν αὐτὸς ἐνθα ἦλθε Αἰόνυσος.

Iam facile fieri potuit, ut Macedones, incitati divino quodam ardore bacchantes in festis, quae Alexander in honorem Bacchi habuit [Curt. VIII 10, 17. *Et rex fortuitam laetitiam non aversatus large ad epulas omnibus prae-bitis per decem dies Libero patri operatum habuit exercitum*]<sup>1)</sup> Bacchum imaginem Alexandri proponerent, qui idem Asiam bello subiecisset, Alexandrum autem imitatore[m] Bacchi proclamarent. Qua in re aemulatores Alexandri multum valuisse quamquam non est negandum tamen cum Boettigero (Mythologische Briefe IV p. 160, 179, 187) non facio, qui Eratosthenem Cyrenaicum sequens (Arrian. Anab. V

<sup>1)</sup> cf. Arrian. Anab. V 1, 1; V 2, 7. Strabo XV p. 688.

3. 1. οὐ γὰρ ἔγωγε Ἐρατοσθένει τῷ Κυρηναίῳ πάντῃ  
 ξυμφέρομαι, ὅς λέγει, πάντα ὅσα ἐς τὸ θεῖον ἀνα-  
 φέρεται ἐκ Μακεδόνων πρὸς χάριν τὴν Ἀλεξάνδρου  
 ἐς τὸ ὑπέρογκον ἐπιφημισθῆναι cf. Strabo XIV p. 687.)  
 illius fabulae conformationem, consilio fictam solis Alexandri  
 aemulatoribus attribuit.<sup>1)</sup> — Quod vero Eratosthenes et  
 Strabo illas fabulas in dubium vocant, item indicio est,  
 quo conligamus, antiquioribus temporibus de talibus fabu-  
 lis nil traditum fuisse, illas igitur narrationes recentiori  
 aetate et expeditionibus quidem Alexandri esse exortas et  
 abhorrere a natura qua illi viri Bacchum sibi fingere so-  
 lebant.

Iam postquam illis fabulis fundamentum quasi positum  
 est, facile exultae sunt divulgataeque. Alexander ipse  
 victore Baccho ut exemplo utebatur. *Herculem*, inquit ille,  
*Liberumque patrem aequabo*. Curt. IX 2, 29. cf. VIII  
 10, 1. Denique milites ad fortitudinem et patientiam ad-  
 hortabatur, Bacchi arma victricia eorum oculis proponens.  
*Cum Macedones seditiosis vocibus regem increparent, qui  
 omni discrimine se defunctos putabant, Hercules, dixit, et  
 Patris Liberi terminos transituros illos, regi suo parvo  
 impendio immortalitatem daturus*. IX 4, 21. cf. III 10.  
 Praecipua autem caussa ad effingendas illas fabulas posita  
 est in festis sollemnibus, quae Alexander in Caramania ce-  
 lebravit, dis gratias acturus, quod expeditionem Indicam  
 feliciter perfecerat, de qua re Arrianus narrat: (Anab. VI  
 28.) *Ἦδη δὲ τινες ἀνέγραψαν, οὐ πιστὰ ἔμοι λέγον-  
 τες, ὥς συζεύξας δύο ἄρμαμάξας κατακείμενος ξὺν  
 τοῖς ἐταίροις κατανλούμενος τὴν διὰ Καρμανίας  
 ἦγεν, ἡ στρατιὰ δὲ αὐτῷ ἐστεφανωμένη τε καὶ παί-  
 ζουσα εἴλετο, προὔκειτο δὲ αὐτῇ σῖτα τε καὶ ὅσα*

<sup>1)</sup> A. W. Schlegelius Bibl. Ind. II p. 300: *Ich schreibe jene Sage nicht ganz der Schmeichelei zu; aber diese hatte doch gewiss ihren guten Antheil daran.*

ἄλλα ἐς τρυφήν παρὰ τὰς ὁδοὺς συγκεκομισμένα  
 πρὸς τῶν Καρμανίων, καὶ ταῦτα πρὸς μίμησιν τῆς  
 Διονύσου Βακχείας ἀπεικάζουσα Ἀλεξάνδρῳ, ὅτι καὶ  
 ὑπὲρ ἐκείνου λόγος ἐλέγετο καταστρεψάμενον Ἰνδοὺς  
 Διόνυσον οὕτω τὴν πολλὴν τῆς Ἀσίας ἐπελθεῖν,  
 καὶ Θριάμβόν τε αὐτὸν ἐπικληθῆναι τὸν Διόνυσον  
 καὶ τὰς ἐπὶ ταῖς νίκαις ταῖς ἐκ πολέμου πομπὰς ἐπὶ  
 τῷ αὐτῷ τούτῳ Θριάμβους. Quamquam concedendum est,  
 quae Arrianus alique scriptores (Curt. IX 10, 25. Diod.  
 XVII 106. Plut. Alex. 67. Athen. XII pag. 538.) de hac  
 re tradiderunt, fictis narrationibus pluries esse depravata,  
 quare Arrianus putat rem eo esse reducendam, ut dicat  
 θῦσαι ἐν Καρμανίᾳ Ἀλέξανδρον χαριστήρια τῆς κατ'  
 Ἰνδῶν νίκης καὶ ὑπὲρ τῆς στρατιᾶς, ὅτι ἀπεσώθη  
 ἐκ Γαδρωσίων καὶ ἁγῶνα διαθεῖναι μουσικόν τε καὶ  
 γυμνικόν, (VI 28) tamen cum Welckero (Theolog. II p.  
 625 not. 160) non dicam, totam illam narrationem esse fictam.  
 Nam si reputaveris, quam divulgatae fabulae de Baccho  
 illo tempore sine dubio fuerint apud milites, deindeque quan-  
 tum Alexandri interfuerit, eas amplius excoli atque circum-  
 ferri, maxime ad verisimilitudinem accedere mecum con-  
 senties, Alexandrum, postquam expugnata India dignum se  
 praebuit Bacchi aemulatorem, ad celebrandam victoriam  
 magnificum habuisse per Caramaniam triumphum, quo Bac-  
 chum triumphantem aemulans fingeretur<sup>1)</sup>. Tam magnum  
 autem in illis celebrandis festis sumptum esse impendium  
 noli mirari, quod quia in ingenio illius aetatis erat positum.

Denique commemoranda sunt Magna Dionysia, ab  
 Alexandro Egbatanis celebrata, quibus quantopere fabulae  
 de Alexandro quasi Bacchico iam fuerint excultae, apparet  
 ex verbis Athenaei XII pag. 538 f καὶ ἔκτοτε οἱ πρότε-  
 ρον καλούμενοι διονυσόκολακες ἀλεξανδροκόλακες

<sup>1)</sup> cf. Droysen. Alexander p. 484 not. 15.

*ἐκλήθησαν*. Alexander igitur novi dei Bacchi personam agebat, unde artifices scaenici illud nomen traxerunt. Quod Welckerus (Griech. Tragoedie III p. 1241 not. 8) coniecit, Cratinum argumentum fabulae *Διονυσος ἀλέξανδρος* desumpsisse e narrationibus de Alexandro sese cum Baccho comparante, ex eis, quae supra disputavimus, addubitari nequit, quamquam non constat, quod Welckero placet, ipsa illa festa, Egbatanis celebrata, argumentum fabulae continuisse <sup>1)</sup>.

Denique ut summam eorum, quae disputavimus, paucis comprehendamus: Fabulae de Baccho Indiae victore expeditione Alexandri fictae sunt atque auctae. — Igitur, quod raro in inquirendis fabulis contigit, vidimus illum mythum, quando, quibus de caussis, qua ratione natus sit et conformatus, idque aetate Alexandri Magni, qua, si universam mythorum conformationem respicis, fabulae conformari desiverunt.

Iam eis, quae diximus, fundamentum posuisse nobis videtur, quo est nitendum in singulis pompae quam Philadelphus duxit, partibus explicandis. Illa enim aetate constat fabulas de Baccho Indico adeo fuisse exultas divulgatasque, totque vinculis cum Alexandri Magni historia coniunctas, ut praecipue in illa urbe, quam Alexander condidit, poetae et artifices eas amplecterentur, denique ut ab omni populo receptae plurimum valerent ad

<sup>1)</sup> Accedit, quod libidines Alexandri aliis quoque fabulis notatas videmus. Sic in fragmento Colacis, quem Menander scripsit, cuius fabulae idem Alexander primas partes egisse mihi videtur

*κοιτύλας χωροῦν δέκα*

*ἐν Καππαδοκίᾳ πόλιν χρυσοῦν, Σρονθία,*

*τρὶς ἐξέπιον εἰς ὦν. B. Ἀλέξανδρον πλείον*

*τοῦ βασιλέως πέπωκας. A. οὐκ ἔλαττον οὔ,*

*μὰ τὴν Ἀθηνᾶν. B. μέγαγε*

(Athen. X, 434, c) Alexandri eximia libido bibendi perstringitur, quam ipsum maximi aestimasse et praemiis honorasse Plutarchus (Alex. 70) narrat.

conformanda et commutanda publica, praesertim Bacchica festa. Pompa igitur illa Bacchica quia originem duxit ab Alexandri expeditionibus, qui Bacchum Asiam expugnantem imitatus ipse novi Bacchi vicibus fungi sibi videbatur, summo iure ita optime agere nobis videmur, ut in explican is singulis partibus fabulis de Baccho Indico nitamur.

Tota pompa erat divisa in partes complures: initium cepit a pompa Luciferi; sequebantur pompae regum maioribus consecratae, deinde deorum omnium, postrema Hesperii, e quibus omnibus Athenaeus solius pompae Bacchicae satis accuratam descriptionem tradit.

Primum locum tenent Sileni, qui lietorum quasi munere fungentes turbam amoverent; secuntur Satyri. Quod Victoriae, quae Satyros excipiunt, thuribula ferentes, aureis alis instructae sunt, idem traditum accepimus in Panathenaea pompa factum esse, in qua etiam Victorias alas incessisse patet e verbis Pausaniae I 29, 16 κατεσκέυασε δὲ (Λυκούργος) πομπεῖα τῇ θεῷ καὶ νίκας χρυσᾶς καὶ παρθένοις κόσμον ἑκατόν. Eandem rem Romani adoptaverunt, in pompa Circensi *pomposas Victorias* (Ovid. Amor. III 2) ducentes.

Secuntur duo Sileni, alter tubam gestans, alter petasum et caduceum, quibus rebus Mercurius ornari solet. Haec sine dubio illis figuris subicienda est sententia, ut praecones quasi essent *Anni*, quem ducebant. Notandum est, *Anni* statuam ornatu tragico esse instructam (ἐν τραγικῇ διαθέσει καὶ προσώπῳ), qua ex re apparet, quod statim alio quoque loco videbimus, de eo anno esse cogitandum, quo ludi scaenici instituebantur.

*Annum* excipit mulier eximia magnitudine, quae *Penteteris* vocatur, altera manu coronam, altera virgam palmae

gestans. Quod Penteteris Anni statuum sequitur, documento est, illud festum et quarto quoque anno<sup>1)</sup> et quottannis<sup>2)</sup>, quamquam tam magnifico fortasse apparatu non adhibito, esse celebratum.

Tum incedunt *Anni tempora*<sup>3)</sup>, unumquodque proprios fructus gestans. Hoc a vetere pompa Bacchica Graecorum est desumptum, in qua puellae iuventute florentes calathis primitias frugum portabant.

Iam sequitur *Philiscus cum artificibus scaenicis*. Dubitari non potest, quin de Corcyraeo, poeta tragico e Pleiade, quem Callixenus sacerdotem Bacchi appellat, sit cogitandum. Tanti igitur Alexandrini artem praecipue scaenicam aestimaverunt, ut poetam tragicum antistidem Bacchi, qui maxime poesi tragica colebatur, redderent, quam ob rem in pompa Bacchica tam amplum locum tenuit. Quo usque Graecos processisse quamquam traditum non est, tamen conicere licet Bacchi quoque Eleutherei sacerdotem in pompa Bacchica amplo quodam loco incessisse, quem eundem in theatro in prima cavea spectasse cognovimus ex inscriptionibus repertis in theatro Atheniensi nuper efosso. (Vischer. Die Entdeckungen im Theater des Dionysos zu

---

<sup>1)</sup> Quinquennialium Bacchicorum a nemine, quod sciam, mentio facta est praeter solum scholiastam ad Arist. Pac. v. 841 (Becker.): *παρόσον διὰ πενταετηροῦς χρόνου ἤγοντο αἱ θεωρίαι τῶν Διονυσίων.*

<sup>2)</sup> Quare stare non posse censeo, quod. C. Boettcherus (Tektonik IV p. 240) de hac re dicit: *Die Silenen führten in ihrer Mitte einen vier Ellen hohen Mann, in tragischem Costüm mit Maske, welcher ein Amaltheahorn trug und das heilige Festjahr Ἐνιαυτός vorstellte, welches durch eine an Grösse, Schönheit und Goldschmuck ausgezeichnete Frau, die in der einen Hand einen Persaeakranz, in der anderen einen Palmzweig hielt, als ein fünf-jähriger Zeitraum πενταετηρίς erklärt wurde.*

<sup>3)</sup> In artis quoque monumentis Horas saepe cum Baccho confunctas reperimus: G. Giust. II 120. Bouill. III 37, 1. Clarac. pl. 146.

Athen. N. Schweiz. Mus. III p. 37). Sed ut eo redeamus, unde profecti sumus, quod ad Delphicos tripodes spectat, qui in pompa ducébantur, constat certamina habita esse. Ac primum quidem, ut cum Dionysiis Graecis, sic cum illo festo Alexandrino ludi scaenici erant coniuncti. Hoc apparet etiam ex ornamentis, quibus tentorium, unde pompa profecta est, erat instructum. (ἐν δὲ ταῖς ἐπάνω τούτων χώραις οὔσαις ὀκταπήχεσιν ἄντρα κατεσκευάστο· συμπόσιά τε ἀντία ἀλλήλων ἐν αὐτοῖς τραγικῶν τε καὶ κωμικῶν καὶ σατυρικῶν ζώων, ἀληθινὸν ἐχόντων ἱματισμόν. pag. 197, a). Denique ad hoc pertinet, quod Theocritus (id. XVII v. 112 sq.) de Philadelpho praedicat

Οὐδὲ Διωνύσου τις ἀνὴρ ἱερὸν κατ' ἀγῶνας  
ἴκετ' ἐπιστάμενος λιγυρὰν ἀναμέλφαι ἀοιδάν,  
ὦτι οὐ δωτίαν ἀντάξιον ὥπασε τέχνης.<sup>1)</sup>

Ex eodem loco Athenaei, quem supra attuli, apparet, gymnica quoque certamina insituta esse. Qui denique fuerint agones, in quibus Ptolemaeum et Berenicam victores coronatos esse Athenaeus (p. 203 a) narrat, constituere non ausim. Ptolemaeum certe plurimum ludis et certaminibus tribuisse narrat Vitruvius (lib. VII praef.) *Musis et Apollini ludos dedicavit, et quemadmodum Athletarum, sic omnium scriptorum* etc. cf. Boettiger. Amalthea III p. 453).

Ea, quae adhuc descripsi, sequitur ipsius *Bacchi statua*. Hoc loco quamquam optimo iure de *Baccho Indico*, cum thiaso suo Asiam peragrante cogitare nobis videmur, tamen probandum non est, quod Bacchi imaginem eodem fere, quem Callixenus describit, habitu instructam, Bacchum Indicum appellant. Illam enim Bacchum fingendi rationem temporibus Alexandri aetatem multo antecedentibus divul-

<sup>1)</sup> Ad certamina poetarum in Dionysiis habita spectat Callimachi epigr. VII.

gatam fuisse plurimis picturis vasorum docemur; fabulae autem de Baccho Indico, ut supra vidimus, ante Alexandrum nullius momenti nedum arte excultae erant. Immo Boettigerus (Ideen zur Geschichte der Malerei p. 183) probavit, illam antiquissimam fuisse Bacchi fingendi rationem, nec quidquam habere cum India commune. Denique quod Bacchum tunica, sago croceo et palleo instructum esse Callixenus narrat, ad rem scaenicam pertinet, quia actores illo ornatu induti esse solebant.<sup>1)</sup> — Craterem autem Baccho propositum etiam in artis monumentis reperimus: sic crater in Bacchico triumpho ex India ducitur in anaglypho, quod primus edidit Zoega Bassilievi I 8. Millin. Gall. Myth. Nr. 239.

Ut Callixeni descriptionem persequamur, transgredendum est, omisso thiaso ad *Nysae signum*. Quod quidem tam affabre erat confectum, ut vi quadam interna surgeret et vino e patera effuso resideret.<sup>2)</sup>

<sup>1)</sup> Eodem fere vestitu Bacchico ornatus est Alexander in Menandri Dionysosalexandro:

στολήν δὲ δὴ τὴν εἶχε, τοῦτό μοι φράσον.

B. θύρσον, κροκωτὸν ποικίλον καρχήσιον.

(Meineke fragm. Com. II 37.)

<sup>2)</sup> Haec quae vocantur αὐτόματα non tam erant rara, quam putaveris. Quae enim artis mechanicae pars aetate Alexandrina adeo erat exculta, ut Hero I Alexandrinus scriberet περὶ αὐτομάτων. (ed. Thevenot Veter. mathem. opera Parisiis 1693.) Ex libro Heronis unum locum affere mihi liceat, ubi automatum describitur notatu dignissimum, quo Bacchus est propositus. (p. 246 sq.). ἐπὶ δὲ τοῦ καταστρώματος ἐφέστηκε ναῖσκος στρογγύλος, ἔχων κίονας ἑξ, ἐπὶ δὲ τούτου πυργίον κωνοειδὲς ἐφέστηκεν, ἐντεταμένῃν ἔχων τὴν ἐπιφάνειαν καθάπερ εἰρηται· ἐπὶ δὲ τῆς κορυφῆς ἐφέστηκε νίκη· καὶ ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ στέφανον κατέχουσα· ἐν δὲ μέσῳ τοῦ ναίσκου ζώδιον Διονύσου ἐφέστηκεν ἐν μὲν τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ θύρσον κατέχον, ἐν τῇ δεξιᾷ σκύφος. παρακαθέζεται δὲ πανθηρίσκος πρὸς τοῖς τοῦ Διονύσου ποσίν· ἐν δὲ τοῖς ἔμπροσθεν καὶ τοῖς ὀπίσθεν μέρεσι τοῦ Διονύσου ἐπὶ τοῦ καταστρώματος βωμὸς ἐπίκειται, ἔχων ξύσματα τῶν σαρίδων τεκτονικὰ ξηρὰ· κατὰ δὲ κίονα τῶν ἐν τῷ ναίσκῳ τοῦ Διονύσου παρέστηκεν ἑκτός τοῦ ναίσκου βάχχη διεσκευασμένη, ὡς ἂν τις προκαρῆται.

*Post Nysam vehitur torcular, in quo satyri sileno duce<sup>1)</sup> vinum pressant,<sup>2)</sup> tum uter vinarius<sup>3)</sup> immensae magnitudinis, denique crater et alia vasa vinaria omnis generis.*

Primo loco quaerendum est, quid sit illud ἄγαλμα Νύσης. De Nysa tanta traditur fabularum farrago, recentioribus sine dubio temporibus consuta,<sup>4)</sup> (quas tamen examinare a meo proposito alienum est), ut certi quidquam statuere sit difficillimum. Quodsi cum Casaubono et Mansone (Vermischte Schriften II p. 347) de Nysa nutrice cogitandum esset, Bacchi iuventus hae pompae parte proposita esse videretur. Quomodo cum ea torcular et quae secuntur, apte coniungi potuerint, Calpurnius ecl. X v. 15

τούτων δὲ οὕτως ὑπαρχόντων ἐν ἀρχῇ τεθέντος τοῦ αὐτομάτου ἐπὶ  
τινα τόπον, ἐπάξει τὸ αὐτόματον ἐπὶ τινα ὠρισμένον τόπον· καὶ σταν-  
τὸς αὐτοῦ ἀνακαυθήσεται ὁ κατὰ πρόσθεν τοῦ Διονύσου βωμός· καὶ  
ἐκ μὲν τοῦ θύρσου τοῦ Διονύσου ἦτοι γάλα ἢ ὕδωρ ἐκπντισθήσεται·  
ἐκ δὲ τοῦ σχύφους οἶνος ἐκχυθήσεται ἐπὶ τὸν ὑποκείμενον πανθη-  
ρίσκον· στεφανωθήσεται δὲ πᾶς ὁ παρὰ τοῦς τέσσαρες κίονας τῆς  
βόσεως τόπος· αἱ δὲ περὶ κύκλῳ βάχχαι περιελύσσονται χορεύουσαι  
περὶ τὸν ναῖσκον· καὶ ἥχος ἔσται τυμπάνων καὶ κυμβάλων· καὶ μετὰ  
ταῦτα σταθέντων τῶν ἥχων ἀποστραφήσεται τὸ Διονύσου ζώδιον εἰς  
τὸ ἐκτὸς μέρος· ἅμα δὲ τούτῳ καὶ ἡ ἐπικειμένη τῷ πυργίῳ νίκη συν-  
επιτραφήσεται· καὶ πάλιν ἐκ μὲν τοῦ θύρσου ὁ ἀναπντισμὸς ἔσται· ἐκ  
δὲ τοῦ σχύφους ἡ ἐκχύσις· καὶ πάλιν αἱ βάχχαι χορεύουσαι περιερ-  
χόμεναι τὸν ναῖσκον μετὰ ψόφου τυμπάνων καὶ κυμβάλων· καὶ πάλιν  
σταθεισῶν αὐτῶν τὸ αὐτόματον ἀναχωρήσει εἰς τὸν ἐξ ἀρχῆς τόπον.  
καὶ οὕτως τέλος ἔξει ἡ ἐπίδειξις.

<sup>1)</sup> Silenum poetae saepe patris ducisque satyrorum aliorumque silenorum vicibus fungentem fecerunt. (Eurip. Cycl. 13 sq.)

<sup>2)</sup> Etiam in artis monumentis satyros reperimus, qui iocantes inter tibiarum cantum vinum torquent, de qua re vide Welckeri Alte Denkmäler II p. 113 sq.

<sup>3)</sup> Similiter pictura in cratere Appulico exhibet magnum utrem, hederis et taeniis redimitum, quem satyri humeris sustinent, anteunte Baccha. Gerhard. Antike Bildwerke cf. 107 Gargiulo Recueil II tbl. 49.

<sup>4)</sup> Bode, (Geschichte der hellenischen Dichtkunst I 93) enumerat decem urbes, montes quattuordecim Nysa cognominatos.

sq. docere possit ubi *Bacchi ortus et semina vitis* Panem facit enarrantem. Postquam de educatione Bacchi dixit, sic pergit. v. 35

Interea pueri florescit pube iuventa  
Flavaque maturo tumuerunt tempora cornu;  
Tum primum laetas ostendit pampinus uvas,  
Mirantur satyri frondes et poma Lyaei.  
Tum deus: O satyri maturos carpite fructus  
Dixit, et ignotos pueri calcate racemos.  
Vix haec ediderat, decerpunt vitibus uvas,  
Et portant calathis celerique illidere planta  
Concava saxa super properant, vindemia fervet  
Collibus in summis, crebro pede rumpitur uva  
Nudaque purpureo sparguntur pectora mustu.  
Cum satyri, lasciva cohors, sibi pocula quisque  
Obvia corripiunt; quod sors dedit, hoc capit usus,  
Canthera hic retinet, cornu bibit alter adunco.

Sententiam igitur hanc fere concipere liceret: Bacchus, ubi a Nysa nutritus adolevit, uvas procreavit, easque torquere satyros docuit. Quae tamen interpretatio eam ob rem mihi displicet, quia de Bacchi inventute hoc loco cogitari non potest. Nam cum in posteriore plastro *thalamus Semelae* conspiceretur, (pag. 200 b), in quo Bacchus natus est, nemo eandem rem bis esse tractatam credit. Res aliter sese habere mihi videtur. In fabulis de Baccho Indico, quae etsi dici non potest, quantopere inter se discrepent, tamen facillime duas res distinguas: aut *imperator triumphans* celebratur, qui cum exercitu invicto Asiam domuit ditionisque suae fecit; aut narratur de Baccho *tranquillo et benigno*, qui saluberrimis institutis populos condonare studuit.<sup>1)</sup> Quod ad alteram rem spectat, Megasthenes apud Diodorum dicit III 51 (Schwanbeck fragm. I 28) μετὰ δὲ ταῦτα τῆς παραθέσεως τῶν καρπῶν ἐπιμεληθέντα (Διόνυσον) μεταδιδόναι τοῖς Ἰνδοῖς

<sup>1)</sup> cf. Welcker. Nachtrag zur äschylischen Trilogie p. 187.

καὶ τὴν εὐρεσιν τοῦ οἴνου καὶ τῶν ἄλλων τῶν εἰς τὸν βίον χρησίμων παραδοῦναι. Idem fragm. I B 2 (Diod. III, 63) ὁμοίως δὲ καὶ τῶν σύκων καὶ τῶν ἄλλων ἀκροδρύων τὴν καθήκονσαν ἐπιμέλειαν καὶ παράδοσιν ποιήσασθαι καὶ καθόλου τὰ πρὸς τὴν συγκομιδὴν τούτων τῶν καρπῶν ἐπινοῆσαι διὸ καὶ *Ἀθηναῖον ὁμομασθῆναι*. (cf. II 38; Megasth. I 5 (apud Arrian. Ind. 7.) Nonn. XIII 3.). Locum autem, quo Bacchus primus vinum serere docuit, *Nysam* fuisse, tradit Philostratus (vita Apoll. II 8): *Λαβάντες δὲ τὸν Κοφῆνα ποταμὸν ..... ἐγένοντο ἐν τῇ βασιλευμένῃ ἡπείρῳ, ἐν ἣ ἀνατεῖνον πεφυτεύεται Νῦσα ὄρος ἐς κορυφὴν ἄκραν ..... ἀνελθόντες οὖν ἱερῷ Διονύσου ἐντυχεῖν φασιν, ὃ δὴ Διόνυσον ἑαυτῷ φυντεῦσαι, δάφναις περιστηκυῖαις κύκλῳ, τοσοῦτον περικρούσαις τῆς γῆς, ὅσον ἀπόχρη νεῷ ξυμμέτρῳ· κιττόν τε περιβαλεῖν αὐτὸν καὶ ἀμπέλους ταῖς δάφναις, ἀγάλμαθ' ἑαυτοῦ ἔνδον στήσασθαι ..... δρέπανα δὲ καὶ ἄρριχοι καὶ ληνοὶ καὶ τὰ ἀμφὶ ληνοὺς ἀνακεῖται τῷ Διονύσῳ χρυσᾷ καὶ ἀργυρᾷ καθάπερ τρυγῶντι· τὸ δ' ἄγαλμα εἵκασται μὲν ἐφ' ἑβῶ Ἰνδῷ, λίθου δ' ἔξεσται λευκοῦ*. Quae verba si cum Callixeni descriptione comparamus, dubium esse non potest, quam rationem Philadelphus in distribuenda illa priore pompae parte secutus sit. Cogitandum enim non est de Nysa nutrice, sed de *Nysa vel urbe*<sup>1)</sup> vel monte, sede quadam *Bacchi regia*, ab ipso condita, in qua erat ipsius sacellum in qua denique vites colere vinumque torquere docuit. Ad hanc rem spectat, quod Nysa coronata est *βότρυσι διαλίθοις πολυτελέσιν*, ad hoc pertinet, quod sua sponte assurrexit et lac profudit ex aurea patera, qua re eximia

<sup>1)</sup> Idem censet Meyerus Geschichte der bildenden Künste. III p. 353.

illius regionis fertilitas indicatur. Iam opus non est monere, suo loco sequi toreular, utrem vinarium, alia, quae ad vinum faciendum spectant.

Habemus igitur vini inventionem Nysam, Bacchum Lenaeum in Asiam translatum. — In veteribus Graecorum Lenaeis pompam duci solitam fuisse apparet ex loco Demosthenis Mid. p. 517, 21. *Εὐήγορος εἶπεν, ὅταν ἡ πομπὴ ἢ τῷ Διονύσῳ ἐν Πειραιεῖ καὶ οἱ κομῳδοὶ καὶ οἱ τραγωδοὶ καὶ ἡ ἐπὶ Ἀθηναίῳ πομπὴ καὶ οἱ τραγωδοὶ καὶ οἱ κωμικοὶ . . . . μῆτι ἐξεῖναι μῆτε ἐνεχυράσαι μῆτε λαμβάνειν ἕτερον ἕτερον.* Hanc vero pompam, quam adhuc non nisi ex artis monumentis cognitam habemus, quoniam quo modo composita fuerit, a nemine traditum est, nunc ex Callixeni descriptione restituere possumus, quia Philadelphos sine dubio pristinos ritus, quales in Lenaeis traditi erant, pro exemplo habuit. Haec igitur fuerunt *pompa Lenaeae partes*:

Toreular, in quo satyri vinum torquebant, *μέλος ἐπιλήγιον ἄδοντες*, uter et vasa vinaria.

Iam in pompa producuntur thalamus Semelae et antrum Bacchi infantis, cui nymphae ministrantes astant. Ex hoc quidem antro, ramis hederæ cincto, duo fontes, alter lac, alter vinum fundens profluunt.<sup>1)</sup>

Apparet, hic de *Bacchi iuventute* agi: habes *thalamum Semelae*, quae Iovi adamata petiit, ut omni, quem summum deorum regem deceat, ornatu instructus ipsam adiret, tum fulgure Iovis combusta Bacchum peperit, qui et ipse flammis esset occisus, nisi hedera ex columnis thalami enascens et umbram frigusque praebens puerum servasset. (cf. Eurip. Phoen. 650 sq. — schol. 651.

<sup>1)</sup> Simile antrum, Bacchi infantis domicilium describit Philostratus Imagg. I 14.

Habes deinde antrum, in quo iuvenis Bacchus a Nymphis educatur (Athen. II p. 38 d. καὶ γὰρ Διονύσου τροφοὶ αἱ νύμφαι λέγονται); Mercurius autem puerum Nymphis educandum tradidit.

Haece res ab eis, quae et in antecedentibus et sequentibus plaustis propositae sunt, adeo diversae esse videntur, ut omnem pompae conexum sublatum esse dicas. Tamen fortasse aliquam perpetuitatem investigare possumus. Iam supra diximus de Nysa urbe, quam Bacchus condidit, sita prope montem Merum, de quo Strabo XV p. 687 dicit: παρὰ Σοφοκλεῖ δὲ τίς ἐστι τὴν Νῦσαν καθυμνῶν, ὥς τὸ Διονύσῳ καθιερωμένον ὄρος . . . . . καὶ τὰ ἐξῆς . καὶ μηροτραφῆς δὲ λέγεται. Strabo igitur, postquam paullo ante de Nysa urbe locutus est, quamquam montis Μηρός mentionem nondum fecit, dixit: καὶ μηροτραφῆς δὲ λέγεται, qua in re cogitandum non est nisi de Baccho in monte Mero nutrito. Extasse autem in illo monte antrum, in quo Bacchus nutritur, tradit Pompon. Mela de situ orbis III 7. Urbium, quas incolunt, Nysa est clarissima et maxima, montium Meros, Jovi sacer. Famam hinc praecipuam habent, in illa genitum, in huius specu Liberum patrem arbitrantur esse nutritum: unde Graecis auctoribus, ut femori Jovis insitum dicerent, aut materia ingessit, aut error. — Idem testatur Solinus cap. 52: Et Nysa urbs regioni isti (Pandaeis) datur. Mons etiam Jovi sacer, Meros cognomine, in cuius specu nutritum Liberum patrem veteres Indi affirmant, ex cuius vocabuli argumento lascivienti formae creditur, Liberum patrem femine natum.<sup>1)</sup> Iam dubitari non posse censeo, quin ἄντρον illud, quod in pompa Bacchica

<sup>1)</sup> Quod ad originem fabulae de Baccho e Iovis femore nato pertinet, Mela et Solinus eodem errore laborant, quo Curtium, Plinium, alios captos esse supra memoravi.

ducebatur, sit specus, de qua Pomponius et Solinus narrant, ut propositus sit Bacchus in antro montis Meri a nymphis educatus.

Igitur thalamus ille Semelae (secundum Melae verba in illa [Nysa urbe] genitum esse Bacchum) Nysam, antrum autem in montem Merum est transponendum, ut Bacchus, Indiae dominus, in India, et in urbe quidem Nysa natus, in monte Mero educatus cogitatione sit tenendus.

Omnis igitur sententia hac priore pompae parte expressa, haec est: Bacchus, Indiae dominus, natus est Nysae, in urbe Indiae, nutritus in monte Mero prope sito.

Et Bacchus quidem velut pacatus celebratur, qui homines omnia, quae ad vinum fructumque colendum pertinent, docens, pacis quasi instrumentis Indiam sibi subegit. — In altera vero parte videbimus Bacchum triumphantem cum exercitu victore, captivos, spolia secum ducentem, postquam bello Indiam domuit. Quaeque res quam arcte cum eis, quae antecedunt, cohaereat, docet Diodorus III 64, 6 ἐνταῦθα (ἐν Νύσῃ) αὐτὸν γενόμενον τῷ κάλλει διάφορον τὸ μὲν πρῶτον ἐν χορείαις καὶ γυναικῶν θιάσοις καὶ παντοδαπῇ τρυφῇ καὶ παιδιᾷ διατελεῖν, μετὰ δὲ ταῦτα στρατόπεδον ἐκ τῶν γυναικῶν συναγαγόντα καὶ θύρσοις καθοπλίσαντα στρατείαν ἐπὶ πᾶσαν ποιήσασθαι τὴν οἰκουμένην. cf. Megasth. fragm. I 30 (Diod. II 38).

In quo quidem triumpho primum locum tenet ipse Bacchus, sedens in elephanto, thyrsus gestans. Bacchus in elephanto vehens hac pompa sine dubio primum oculis sese ostendit, quae quidem res a recentioribus poetis et mythographis varie est exposita (cf. Diod. III 65. τὸν δ' οὖν Διόνυσόν φασι κολάσαντα μὲν τοὺς ἄσεβεῖς, ἐπεικῶς δὲ προσενεχθέντα τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις, ἐκ

τῆς Ἰνδικῆς ἐπ' ἐλέφαντος τὴν εἰς Θήβας ἐπάνοδον ποιήσασθαι. cf. Nonn. Dionys. XXVI 328 sq.

Sequitur *Bacchus ira Iunonis percussus ad aram Rheae confugiens comitante Priapo*. Iunonem scimus, ut omnes, quos Iuppiter procreavit filios, sic Bacchum quoque insectari; deinde constat, Bacchum non uno modo cum cultu Rheae esse coniunctum. Sed quid dices de Baccho ad aram Rheae confugiente, cuius rei nusquam, quantum scio, mentio facta est? Hunc locum illustrare posse mihi videor fabula, quam Appollodorus III 5, 1 tradit: *Διόνυσος δὲ εὐρετῆς ἀμπέλου γενόμενος, Ἥρας μανίαν αὐτῷ ἐμβαλούσης, περιπλανᾶται Αἴγυπτόν τε καὶ Συρίαν· καὶ τὸ μὲν πρῶτον Πρωτεύς αὐτὸν ὑποδέχεται βασιλεὺς Αἰγυπτίων· αὐτῷ δὲ εἰς Κύβελα τῆς Φρυγίας ἀφικνεῖται· καὶ κεῖ καθαρθεὶς ὑπὸ Ῥέας καὶ τὰς τελετὰς ἐκμαθὼν, καὶ λαβὼν παρ' ἐκείνης τὴν στολὴν, ἐπὶ Ἰνδοὺς διὰ τῆς Θοράκης ἡπείγετο.*

Insania putatur hominem contaminare, id quod etiam ad Bacchum, furore per Iunonem agitatum transponitur. Rhea, ad quam Bacchus confugit, eam expiat eo, quod illum ab insania liberat mentique sanae restituit. — Denique magni momenti est, quod Apollodorus narrat, Rheam Baccho expiato armaturam dedisse, qua instructus in Indiam proficisceretur, ut illa expeditio sub auspiciis quasi deorum posita esse videretur<sup>1)</sup>.

Pompae partes, quas usque eo enarravimus, subsecuntur *Alexandri, Ptolemaei, Herculis statuæ, quibus adiuncta*

<sup>1)</sup> Quare reiiciendum est, quod Böttcherus (Tektonik II p. 242) de hac re profert: Auch der Tod des Dionysos scheint in einer figürlichen Darstellung erschienen zu sein; wenigstens möchte der eine Wagen, auf welchem das Bild der Hera mit goldener Stephane stand, und Dionysos, von ihr verfolgt, zu dem Altare der Rhea flieht, während Priapos in goldenem Epheukranze ihm beigesellt war, hierauf zu beziehen sein.

*est, Virtus urbsque Alexandria.* Quod ad Ptolemaeum Alexandro astantem attinet, dubitari non potest, quin de Lagi filio, patre Philadelphi, sit cogitandum. Hunc enim constat, cum per longam annorum seriem imperium tenuisset, exclusis liberis, quos ex Euridica, priore coniuge suscepit, Philadelphum, Berenicae filium socium regni ascivisse, illumque hanc ob rem cum Berenica in deos esse transcriptum a Philadelpho.

Tum mulieres incedunt, quae urbes Asiae et Graeciae ab Alexandro domitas proponunt. Quam rem si cum eis, quae antea dixi, comparamus, non possumus non observare certam in ordinandis rebus, quae propositae sunt, responsionem. Ut antea Bacchus celebratur de India triumphans, sic nunc Alexandri praecipue, alterius quasi Bacchi, pergitur fingi triumphus, quem de Asia et de Graecia habet. Bacchum mulieres Indicae, captivarum habitu amictae, Alexandrum aliae captivae secuntur, oppida Asiae et Graeciae ab ipso domita proponentes, quas etiam Theocritus (id. XVII 76 sq.) enumerat. Deinde, ut Bacchus thyrsum aureum tenet, sic post Alexandrum victorem tamquam Bacchicum, thyrsus eximiae magnitudinis vehitur. Denique illa Dionysosalexandri, si ita dicere licet, pompa finitur phallo, quem in antiquissimis Graecorum pompis ultimo loco ferri solitum esse testatur Plutarchus de cup. div. p. 527 c. ἡ πατριος τῶν Διονυσίων ἐορτὴ τὸ παλαιὸν ἐπέμπετο δημοτικῶς καὶ ἱλαρῶς, ἀμφορεὺς οἴνου καὶ κληματὶς, εἴτα τράγον τις εἵλκεν, ἄλλος ἰσχάδων ἄρρυχον ἠκολούθει κομίζων, ἐπὶ δὲ πᾶσι ὁ φαλλός. Talem phallagogiam simplicem profert Aristophanes Acharn. v. 259 sq.

ὦ Χανθία, σφῶν δ' ἐστὶν ὀρθὸς ἐκτέος  
ὁ φαλλὸς ἐξόπισθε τῆς κανηφόρου·  
ἐγὼ δ' ἀκολουθῶν ᾗσομαι τὸ φαλλικόν.

## VITA SCRIPTORIS.

Iosephus Kamp natus sum Merzenhausenii Iuliacensium a. d. V. Id. Dec. anno h. s. XL patre Iacobo, matre Francisca de gente Frey, quos adhuc in vivis esse laetor. Fidei addictus sum catholicae. Patris carissimi et Creteuri, parochi venerabilis, summopere mihi colendi institutione praeparatus per duos annos progymnasium Iuliacense, per quattuor gymnasium Coloniense frequentavi, quod sub Ditgessio, viro clarissimo floret. Autumno anni h. s. LIX. maturitatis testimonio instructus studiis philologicis operam daturus Bonnam migravi. Ubi per novies sex menses prodcentes audiivi hosce viros doctissimos: Brandisium, Hilgersium, Iahnium, Kampschultium, Knoodtium, Loebellium, Nadaudium, Neuhauserum, Reuschium, Ritschelium, Simrockium, Schmidtium, Springerum, Schopenum, Welckerum. Postquam Leopoldi Schmidtii exercitationibus philologicis per annum interfui, singulari Ritscheli atque Iahni comitate mihi contigit, ut seminari philologici per sex menses sodalis essem ordinarius. Praeterea Ritscheli exercitationum epigraphicarum per duo, Iahni seminari archaeologici per tria semestria particeps fui. Denique Ritscheli magnopere me sibi devinxit, quod inter bibliothecae regiae amanuenses me recepit. Ut igitur omnibus praeceptoribus optime de me meritīs gratias ago quam maximas, ita prae caeteris pia grataque memoria colo semperque colam Iahnium, Ritschelium, Schmidtium, qui quantopere studia mea foverint auxerintque dicere vix possum.

## SENTENTIAE CONTROVERSAE.

---

- 1) Soph. Antig. v. 765 (Nauck) propono:  
*ὡς τοῖς μένουσι τῶν φίλων μάλινη ξυνών.*
  - 2) Soph. Ai. v. 73 eiciendus est.
  - 3) Pseudocallisthenes Sophocle usus est. (cf. Pseudocallisth. I. 19, Soph. El. v. 698 sq.)
  - 4) Schol. Apoll. Rhod. I, 1289 sic emendandum censeo: 'Ἡσίοδος ἐν τῷ Κήρυκος γράμῳ ἐκβάντα φησὶν αὐτὸν (Ἡρακλῆ) ἐφ' Ὑλᾶ (pro ἐφ' ὕδατος) ζήτησιν κτλ.
  - 5) Athen. I, p. 33d conicio πολλὴ δὲ ἡ περὶ τὴν πηγὴν ταύτην ἄμπελος.
  - 6) Horatius versibus  
Serus in caelum redeas diuque  
Laetus intersis populo Quirini,  
Neve te nostris vitiis iniquum  
Ocior aura  
Tollat (carm. I, 2 v. 45 sq.)  
fabulosam Romuli mortem tecte significat.
  - 7) Statua, quae immerito dicitur *Nioneus*, etiam restauratorum manus male experta est.
-





**LIBRARY**

**Stanford University Libraries  
Stanford, California**

---

**Return this book on or before date due.**

---

